

tur^o. Quinque namque etates mundi habent historias suas^p, que^q opera olim gesta renuntiant. Hic vero etati sexte, ut^r diximus^r, datus est liber iste sic^s distinctus sive partitus, quomodo etas ista distincta patet esse^t operibus^u.

205 Credimus autem ad huius rei assertionem sufficere posse duo^v sibi tam mire concordantia testimonia. Sed quia scriptum est: *In ore duorum vel trium testium stat omne verbum*³⁹, dabimus duce^w Christo^w et tertium. Cum semper dei filio sit idem posse quod velle, legitur tamen^x aliquando esurisse, aliquando sitim^y cum^z discipulis^z sustinuisse nec aliquando turbam legitur pavisse nisi bis, ea utique rationis gratia, qua^a nichil^b sapientia preter sapientiam facit, ut se in suis operibus patris doceat esse sapientiam. Benedixit primo quinque panes, panes utique non frumenti^c, sed ordeaceos^{d40}, deinde panes septem, qui nequaquam ordeacei, sed triticei fuisse^e creduntur^{e41}. Et quid per panes quinque nisi quinque libri Moysi, vel potius historiarum^f libri, quos in quinque mundi^g etatibus^g ad aliquid designandum puerili Iudeorum populo spiritus divinus commisit? Quid^h veroⁱ per panes septem nisi liber iste, quem^k solum^l inter alios septiformis arte spiritus constat esse compositum^h? Benedixit ergo dominus quinque panibus^m extremo articulo etatis quinte, cum necdum liberⁿ iste esset compositusⁿ. Benedicuntur et nunc septem panes in extrema quinti apertione sigilli^o, ne turba, que eum *iam^p triduo*⁴² sustinuit, deficiat in via non habens, quid^q manducet^r, quasi iam consumptis fragmentis, que de pane ordeaceo sumpta sunt – non quod expositio ipsa^s ad legendum deficiat⁴³, sed quia novas quodammodo epulas animus delicatus requirit, et quamvis multis repletus

210

220

o) expenditur ABCD. p) fehlt D. q) folgt per E. r) ut diximus fehlt D.
 s) folgt per VII visiones D. t) folgt in E (verlesen aus VII D, oder umgekehrt).
 u) septem temporibus D. v) folgt predicta D. w) duo exempla B. x) fehlt ABC.
 y) esuriam BDE. z) discipulorum D. a) quia D. b) nil CD.
 c) triticeos E. d) ordeiceos D. e) esse creduntur AC; fuerunt DE. f) fehlt B.
 g) medietatibus B. h–h) fehlt B; vgl. aber Var. n). i) folgt et DE. k) folgt non D.
 l) folgt sed D. m) folgt in E. n–n) solum inter alios septiformis arte spiritus constat esse compositum B. (Haplographie, vgl. Z. 217ff. Var. h). o) signaculi BE.
 p) fehlt D. q) quod BD. r) folgt et BD. s) illa B.

³⁹⁾ Matth. 18,16.

⁴⁰⁾ vgl. Ioh. 6,9ff.; Marc. 6,41; Matth. 14,17; Luc. 9,16; Enchiridion Z. 1977, 2040ff. (f. 59^v, 61^v).

⁴¹⁾ vgl. Marc. 8,5; Matth. 15,36.

⁴²⁾ vgl. Marc. 8,2; Matth. 15,32.

⁴³⁾ vgl. Expositio in Apocalypsim, Prolog (ed. 1527, S. 1^{vb}).